Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319014

18

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

OSCARUS EMILIUS VAN NISPEN,

e pago 's Heerenberg.

A. D. SATURNI XXVI JUNII A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN ET DUMONT.

THESES.

I.

Fera in solo alieno, licet prohibente domino capta, cedit capienti.

II.

Clausulam derogatoriam clausula cassatoriâ efficacitate privari, alienum est a juris Romani rationibus.

III.

Si pignori rem datam debitor surripuerit, et vendiderit, usucapi ea potest, neque in creditoris potestatem reversa fuerit necesse est.

IV.

Civibus jus migrandi adimi nequit.

V.

Ab universitate delictum committi nequit.

VI.

Conatus subornationis testium puniri deberet.

VII.

Non probandum quod legislator Gallicus non distinguit infanticidium a matre vel ab extraneo commissum.

VIII.

Furtum a tabellariis sive postarum publicarum officialibus admissum lege accuratius definiendum et singulari poena vindicandum est.

IX.

Praescriptio poenae non est probanda.

X.

Qui ad poenam militarem damnatus, militia missus, crimen vel delictum committit, propter prius delictum gravius puniendus non est.

XI.

Uxor cum viro contractum inire potest in omnibus iis casibus, quos lex non vetat.

XII.

Hypotheca, si inscriptio non jure deleta est, valida est.

XIII.

Merito Legislator Nederlandicus in art. 1601 C. Civ. contrarium posuit ejus, quod art. 1733 Cod. Nap. continetur.

XIV.

Stipulatio, ne debitori liceat rem immobilem, quae hypotheca obligata est, sine creditoris consensu vendere, tertiam personam non obligat.

XV.

Merito legislator noster contrarium statuit ejus, quod Cod. Nap. continetur » hypothecam praevalere privilegiis."

XVI.

Hypotheca, ab emptore concessa dominio nondum acquisito nulla est, neque dominio acquisito reconvalescit.

XVII.

Contractus de assecuratione salvae navigationis legi contrarius mihi esse videtur.

XVIII.

Art. Cod. Merc. nostri 3 et 4 *limitative* non enuntiative intelligendus est.

XIX.

Minus probanda mihi videtur Cl. VAN DER KEESSEL sententia, statuens in casu, qui art. 538 Cod. Merc. nostri continetur, damnum tantum a navibus ferri oportere, non a mercibus impositis, uti in hocce titulo statutum est.

XX.

Non approbo arrestum Supremi Collegii mensis Junii 1846: omnibus jusjurandum deferri posse, qui non

pertineant ad confessionem religiosam publice agnitam neque iis licere suam propriam persuasionem religiosam invocare.